

*Sola spes  
in cruce  
nos su-  
stentat  
& non  
confun-  
dit.*

\*

*In Deo  
acquies-  
cit, qui  
extra  
creatu-  
ras qui-  
escit.*

illum nobis. Itaq; quod in tribulatio-  
ne non consumimur, spei beneficium  
est, quæ proinde dicitur non confun-  
dere. Quemadmodum autem anima  
nuda ex Deo exivit, ita in eundem ab  
omni amore creaturarum nuda ac va-  
cua revertatur est necesse. Nam qui ex  
seipso & omnibus creaturis exit, ei im-  
possibile est alio quam in manum Dei  
omnia comprehendentem & totum  
mundum suo complexu constringen-  
tem transire. Quisquis autem mundo  
valedixit, & vacuus est cum sui tum o-  
mnium creaturarum amore, nulli rei  
animum alligatum habens, sed totus  
liber & exemptus, soli Deo se permittit  
ac devovet, nec indignatur quidlibet  
Dei arbitratu sibi dari aut eripi, hic in  
Deum illiusq; manum & potestatem  
revera transit. Quotquot autem in se-  
ipsis & in creaturis manēt, liberū arbi-  
trium mancipientes, nec soli voluntati  
divinæ acquiescunt, eos certū est sibi-  
met exitiū struere, & in seipsis perire.

## CAPUT LI.

CONSOLATIO IN FIDEI  
infirmitate.

Isaiæ 42. *Calamum conquassatum*

*non*